

BERNARDI

VVALTHERI

IVRISCONSULTI

CLARISSIMI,

MISCELLANEORVVM

AD IVS PERTINENTIVM,

LIBRI DVO,

Nunc recens in lucem editi.

CVM PRIVILEGIO.

VIRTUTI SIC



REDIT INVIDIA.

VENETIIS,

Ad candentis Salamandræ insigne.

M D LXXII.

BERNHARDVS

VVALTHER

LECTORIBVS.



ONSCRIPSERAM AN-  
no post natiuitate  
IESV CHRISTI  
1546. Miscellaneo  
rum libellum, ad  
ius pertinentem,  
quem Vienna Au-  
strie, aliquot exem-  
plaribus excuden-

dum curauit. Eundemq; libellum, postea an-  
no 1548. & 1549. auctiorem reddidi. Ex il-  
lo autem tempore, alijs occupatus negocijs,  
totam ferè curam augendi libelli deposui:  
donec nuper otium ad aliquot menses na-  
ctus essem: quo tempore, ea quæ iam antea  
excusa erant, obiter recognoui. Et cum in-  
ter recognoscendum, pleraq; non omnino o-  
mittenda (ut mihi videbatur) occurrerēt,  
nolui intermittere, quin, & illa annota-  
rem, & nouis capitibus complecterer. Quæ

A 2 quidem

# MISCELLANEORVM

AD IVS PERTINENTIVM,

LIBER PRIMVS.

BERNARDI

WALTHERI.

*An productio instrumentorum, aduersario non citato, fieri possit, Doctorum argumenta confutata, & de intellectu l. properandum. §. sin autem reus. C. de iudic. CAPVT I.*



**I**USTINIANI Imper. verba in l. properandum. §. sin autem reus. C. de iudic. hæc extant, Sin autem reus abfuerit, & similis eius processerit requisitio, quemadmodum pro persona

actoris ediximus: etiam absente reo eremoditium contrahatur. Et paulo post, Cum autem eremoditium ventilatur, siue pro actore, siue pro reo: examinatio causæ sine ullo obstaculo celebratur. Cum. n. terribiles in mediū proponuntur scripturæ litigatoris absentia Dei presentia repleatur &c. Ex quibus verbis Ias. post Ang. & Alex. i d. §. Sin autem reus. singulariter notari debere ait, pductionē instrōrū in iudicijs nō ualere, nisi pñte uel citatio aduersario. Cū. n. requisitio